


Bendiciones de gentes.



Bendición de la mujer despues
del parto.

[PROPIA DE LOS PARROCOS.]¹

Está prohibido se haga esta bendición en los conventos de religiosas (*Cavaelieri, lib. 4, cap. 13, núm. 3.*)⁽²⁾

Puesta la mujer de rodillas junto á la puerta de la iglesia, con el infante en los brazos, ó sin él, por no ser esta bendición instituida por la Iglesia para la prole, sino para la mujer,⁽³⁾ y una candela encendida en la mano derecha, el Sacerdote con sobrepellíz y estola blanca, se llega á ella, y rociándola con agua bendita, dice :

Aspérges me hyssópo, etc.

∇. Adjutórium nostrum in

⁽¹⁾ Benedíctio mulieris post partum fieri debet á párocho. S. R. C. 10 Decembr. 1700.

⁽²⁾ Las mujeres casadas solo civilmente y todas aquellas cuya prole no procede de legitimo matrimonio no tienen derecho á esta bendición segun lo declaró la S. Congregación en 18 de Junio de 1848 : — Tampoco puede darse á las madres cuya prole haya muerto con bautismo ó sin él. S. R. C. 12 de Setiembre de 1858.

⁽³⁾ Baruf. tít. XLIII. núm. 15.

nómine Dómini. *R.* Qui fecit
cœlum et terram.

Antiph. Hæc accípiet bene-
dictiónem á Dómino.

PSALMUS 23.

DOMINI est terra, et plenitúdo ejus : * orbis terrárum, et universi qui hábitant in eo.

Quia ipse super mária fundávit eum : * et super flúmina præparávit eum.

Quis ascéndet in móntem Dómini? * aut quis stábit in loco sancto ejus?

Innócents mánibus et mundo corde, * qui non accépit in vano ánimam suam, nec jurávit in dolo próximo suo.

Hic accípiet benedictiónem á Dómino : * et misericórdiam á Deo salutári suo.

Hæc est generatio quærentium eum, * quærentium faciem Dei Jacob.

Attollite portas, principes, vestras et elevamini, portæ æternales : * et introibit Rex gloriæ.

Quis est iste Rex gloriæ? * Dominus fortis et potens, Dominus potens in prælio.

Attollite portas, principes, vestras, et elevamini, portæ æternales : * et introibit Rex gloriæ.

Quis est iste Rex gloriæ? * Dominus virtutum ipse est Rex gloriæ.

Glória Patri, *etc.*

Antiph. Hæc accipiet benedictionem á Domino et misericordiam á Deo salutari suo : quia hæc est generatio quærentium Dominum.

Luego, extendiendo una punta de la estola sobre la mano derecha de la mujer, la introducirá en la iglesia, diciendo :

Ingrédere in templum Dei, adóra Filium beátæ Mariæ Virginis, qui tibi fœcunditatem tribuit prolis.

Habiendo entrado, se pone de rodillas delante del altar, y allí hace oración, dando gracias á Dios por las mercedes que le ha hecho, y el Sacerdote dice :

Kyrie eléison. Christe eléison. Kyrie eléison. Pater noster, *etc.*

V. Et ne nos indúcas in tentationem.

R. Sed líbera nos á malo.

V. Salvam fac ancíllam tuam Dómine.

R. Deus meus sperántem in te.

V. Mitte ei, Dómine, auxiliúm de sancto.

R. Et de Sion tuére eam.

V. Nihil proficiat inimicus in ea.

R. Et filius iniquitatis non apponat nocere ei.

V. Dómine, exáudi oratió-
nem meam.

R. Et clamor meus ad te
veníat.

V. Dóminus vobiscum.

R. Et cum spíritu tuo.

Orémus.


OMNIPOTENS sempitérne
Deus, qui per beátæ Ma-
riæ Vírginis pártum fidélium
pariéntium dolóres in gáudium
vertísti : réspice propítius super
hanc fámulam tuam ad téplum
sanctum tuum, pro gratiárum
actióne lætam accedéntem, et
præsta; ut post hanc vitam, ejús-
dem beátæ Mariæ méritis et in-

tercessióne, ad ætérna beatitúdi-
nis gáudia cum próle sua per-
veníre mereátur. Per Christum
Dóminum nostrum. **R.** Amen.

Luego la volverá á rociar con agua bendita,
en forma de cruz, diciendo :

Pax, et benedíctio Dei omni-
poténtis Patris, ✠ et Filii, et
Spíritus Sancti, descéndat super
te, et maneat semper. **R.** Amen.

Si quiere bendecir tambien al niño, podrá va-
larse de la siguiente



Bendicion de la mujer gravida.

V. Adjutórium nostrum in
nómine Dómini, *etc.*

V. Salvam fac ancíllam tuam.
R. Deus meus sperántem in
te.

V. Esto illi, Dómine, turris
fortitúdinis. **R.** A fácie inimíci.

V. Nihil proficiat inimicus

in ea. **R.** Et filius iniquitatis non apponat nocere ei.

V. Mitte ei, Domine, auxilium de sancto. **R.** Et de Sion tuere eam.

V. Domine, exaudi orationem meam. **R.** Et clamor, etc.

V. Dominus vobiscum. **R.** Et cum spiritu tuo.

Orémus.

OMNIPOTENS sempiterno Deus, qui dedisti famulis tuis in confessione verae fidei aeternae Trinitatis gloriam agnoscere, et in potentia majestatis adorare unitatem: quaesumus; ut ejusdem fidei firmitate haec famula tua **N.** ab omnibus semper muniatur adversis. Per Christum Dominum nostrum.

R. Amen.

Domine Deus, omnium creator, fortis et terribilis, justus et misericors, qui solus bonus et pius es, qui de omni malo liberasti Israel, faciens tibi patres nostros dilectos, et sanctificasti eos manu Spiritus tui; qui gloriosae Virginis Mariae corpus et animam, ut dignum Filii tui habitaculum effici mereretur, Spiritu Sancto cooperante praeparasti; qui Joannem Baptistam Spiritu Sancto replisti, et in utero matris exultare fecisti: accipe sacrificium cordis contriti, ac fervens desiderium famulae tuae **N.**, humiliter supplicantis pro conservatione proles, quam ei dedisti concipere: custodi partem tuam, et ab omni dolo et injuria diri hostis defende; ut obstetricante manu mise-

ricórdiæ tuæ fœtus ejus ad lú-
cem prospere véniat, ac sanctæ
generatióni servétur, tibi que in
óm nibus jú giter deserviat et vi-
tam cónsequi mereátur æté rnam.
Per eundem Dóminum no-
strum Jesum Christum Fílium
tuum : qui tecum vivit et régnat
in unitáte Spíritus Sancti Deus,
per ómnia sæcula sæculórum.

R. Amen.

Deinde mulier aspergatur aqua benedicta, et
interim dicatur : Psalmus 66. *Deus miseretur
nostri, (ut in Laud. Dom.) cum Glória Patri.*

V. Benedicámus Patrem, et
Fílium, cum Sancto Spíritu.

R. Laudémus et superexalté-
mus eum in sæcula.

V. Angelis suis Deus man-
dávít de te. **R.** Ut custódiat
te in óm nibus viis tuis.

V. Dómine, exáudi oratió nem
meam. **R.** Et clamor, etc.

V. Dóminus vobiscum. **R.** Et
cum spíritu tuo.

Orémus.

VISITA, quæsumus, Dómi-
ne, habitatió nem istam, et
omnes insídias ab ea, et á præ-
sénti fámula tua **N.** longe re-
pelle : Angeli tui sancti hábi-
tent in ea, qui eam et ejus pro-
lem in pace custódiat, et be-
ne **†**dictio tua sit super eam
semper. Salva eos, omnípotens
Deus, et lucem eis tuam con-
céde perpétuam. Per Christum
Dóminum nostrum. **R.** Amen.

Benedíctio Dei omnípoténtis,
Pa **†**tris, et Filii, et Spíritus
Sancti, descéndat super te, et
prolem tuam, et máneat semper.
Amen.



Bendición de la muger estéril.

Adjutoriū nostrum in nómine Dómini, *etc.*

Antíphona. Benedícat tibi Dóminus ex Sion.

PSALMUS.

BEATI omnes qui timent Dóminum : * qui ámbulant in viis ejus.

Labóres mánuum tuárum quia manducábis : * béatus es, et bene tibi erit.

Uxor tua sicut vitis abúndans : * in latéribus domus tuæ.

Fílii tui sicut novéllæ olivárum : * in circuitu mensæ tuæ.

Ecce sic benedicétur homo : * qui timet Dóminum.

Benedícat tibi Dóminus ex Sion : * et vídeas bona Jerúsalem ómnibus díebus vitæ tuæ.

Et vídeas filios filiórum tuórum : * pacem super Israel.

Glória Patri, et Fílio, et Spíritui Sancto, *etc.*

Antíph. Benedícat tibi Dóminus ex Sion, et vídeas filios filiórum tuórum usque in tértiam et quártam generatió-nem.

Kyrie eléison, Christe eléison, Kyrie eléison. Pater noster. Ave María, Credo *etc.*

V. Salvam fac ancíllam tuam, Dómine. *R.* Deus meus, sperántem in te.

V. Sint filii tui sicut novéllæ olivárum. *R.* In circuitu mensæ tuæ.

V. Dómine, exáudi oratió-nem meam. *R.* Et clamor, *etc.*

V. Dóminus vobiscum. *R.* Et cum spíritu tuo.


Orémus.

DEUS, qui emórtuam vulvam Saræ, ita per Abrahæ semen fœcundâre dignâtus es, ut ei contra spem sóbolis, filius nascerétur, præsta fámulæ tuæ **N.** pro sua sterilitâte deprecânti, ut mœrórem infœcunditâtis ab ea submóveas; et ad concipiéndam sóbolem et fœcunditâtem tríbuas, et filium quem donáveris cleménte benedícas. Per Christum Dóminum nostrum. **R.** Amen.

Majestâtis tuæ cleméntiam, Deus Pater omnípotens, supplicíter exorâmus : ut preces nostras pro sterilitâte fámulæ tuæ **N.** benígnus assúmas, et ei prolem tibi, et homínibus gratiósam concédere dignéris.

Per Christum Dóminum nostrum. **R.** Amen.

Rociéla con agua bendita.



Bendición del aposento del enfermo.

Revestido el Sacerdote con sobrepelliz y estola del día, dice :

V. Adjutórium nostrum, *etc.*
V. Dóminus vobiscum, *etc.*

Orémus.

BENE✠DIC Dómine Deus Omnípotens, locum istum, ut sit in eo sánitas, cástitas, victória, fortitúdo, humílitas, bónitas et mansuetúdo, plenitúdo legis, et gratiárum actio Deo Patri, et Spíritui Sancto : et hæc benedíctio máneat super hunc locum, et super habitântes in eo. Angeli tuæ lucis eumque, et ejus

habitatóres custódiant, et deféndant contra omnes insídias inimíci, si quæ adversa, et contrária sunt ab eo ex hoc loco machináta, et fabricáta, auctoritáte majestátis tuæ expéllant. Per Christum Dóminum nostrum.

Rz. Amen.

Orémus.

PROPITIARE, Dómine, supplicatióibus nostris et bene✠dicere dignéris locum istum délixtera tua sancta, et omnes qui in eo commorántur, illumque visitáre et inhabitántes grátiam sanitátis impertíri dignéris, sicut benedícere dignátus es cubículo, et dómui, in qua excéptus fuit hospítio prophéta Eliséus : et sicut visitásti, et sanásti socrum Petri.

Mitte, Dómine, sánctum Angelum tuum de cœlis, qui liberet, et deféndat hunc locum ab imminentibus malis, cum ómnibus qui in eo commorántur, nulláque eos nequítia contráriæ potestátis inféstet, sed virtúte Spíritus Sancti fiat hic tibi débitum, et devótæ libertáti secúrum servítium. Per Dóminum nostrum, etc. in unitáte ejúsdem, *etc.*

Rz. Amen.

Rociélo con agua bendita.



Bendición del agua de San Ignacio para los enfermos.

Desde el principio hasta el fin de esta bendición, se ha de tener introducida en el agua que se bendice, una reliquia ó medalla de S. Ignacio.

En la oración de este Santo, que es la última, se pone la conclusión. *Per Dóminum nostrum*, por dirigirse á Dios Padre y no á Dios Hijo.

Revestido el Sacerdote con sobrepelliz y estola del día, dice :

V. Adjutórium nostrum, *etc.*

¶. Dóminus vobiscum, etc.

Orémus.

DOMINE sancte, Pater omnipotens ætérne Deus, qui benedictiónis tuæ grátiam ægris infundéndo corpóribus, factúram tuam múltiplici pietáte custódis, ad invocatióem nóminis tui benignus assiste : ut intercedénte beáto Ignátio confessóre tuo, fámulos tuos ab ægritudine liberátos, et sanitáte donátos, dèxtera tua érigas, virtúte confirmes, potestáte tueáris, atque Ecclésiæ sanctæ cum omni prosperitáte restítuas. Per Christum Dóminum nostrum. *R̄.* Amen.

Benédic ✠ Dómine, hanc aquam, ut sit remédium salutáre géneri humano : et per intercessiόem beáti Ignátii, cujus nu-


mísmā (*vel* reliquia) in eam immergitur, præsta : ut quicumque ex illa sumpserint, corpóris sanitátem, et ánimæ tutelam percípiant. Per Christum Dóminum nostrum. *R̄.* Amen.

Orémus.

CONFER, benigníssime Deus, per contactum numísmatis (*vel* reliquiæ) Sancti tui Ignátii, aquæ huic virtútem sanándi corpú et ánimam, pellendíque ómnia mala ab hoc loco, ejusque incolis in nómine Patris, et Filii, et Spíritus Sancti. *R̄.* Amen.

Deus qui ad majórem tui nóminis glóriam propagándam novo per beátum Ignátium subsidio militántem Ecclésiám roborásti: concéde, ut ejus auxilio et imitatióne, certántes in

terris, coronári cum ipso meréamur in cœlis. Per Dóminum nostrum Jesum-Christum Fílium tuum, *etc. R̄.* Amen.



Bendición de las velas fuera del día de la purificación de Ntra. Señora.

Revestido el Sacerdote con sobrepelliz y estola del día, dice :

V̄. Adjutórium nostrum, *etc.*


V̄. Dóminus vobiscum, *etc.*

Orémus.

DOMINE Jesu-Christe, Fili Dei vivi, béne *✠*dic candelas istas supplicatióibus nostris : infúnde eis, Dómine, per virtútem sánctæ Cru *✠*cis, benedictiónem cœléstem, qui eas ad repelléndas ténebras humano géneri tribuísti; talémque benedictiónem signáculo sánctæ

cru *✠*cis accípiant, ut quibuscúmque locis accénsæ, sive pósitæ fuérint, discédant príncipes tenebrárum, et contremíscant, et fúgiant pávidi cum ómnibus mínistris suis ab habitatióibus illis : nec præsumant ámplius inquietáre, aut molestáre serviétes tibi omnipoténti Deo. Qui vivis et régnas in sæcula sæculórum. *R̄.* Amen.

Rociélas con agua bendita.



Bendición de las velas para bien morir.

V̄. Adjutórium nostrum, *etc.*

V̄. Dóminus vobiscum, *etc.*

Orémus.

DOMINE Jesu-Christe, lux vera, qui illúminas omnem hómínem veniétem in hunc múnđum, effúnde per interces-

siónem Vírginis Mariæ Mátris tuæ, et per quíndecim ejus Rosarii mystéria benedictiónem tuam súper hos céreos, et candelas, et sanctífica eas lumine tuæ grátia: et concéde propítius, ut sicut hæc luminária, igne visíbili accénsa noctúrnas depéllunt ténebras, ita corda nostra invisíbili igne, ac Spíritus ✠ Sancti splendóre illustráta, ómnium vitiórum cæcitate cáreant: ut puro mentis óculo cernere sémper possímus, quæ tibi sunt plácita, et nostræ salutí utilia: quátenus post hujus sæculi caliginósa discrímína ad lúcem indeficiéntem perveníre mereámur. Qui vivis et régnas Deus, in sæcula sæculórum.

R. Amen.

Rociélas con agua bendita.

Bendición en la fiesta de S. Blas contra las enfermedades de la garganta.

(Aprobada por la S. C. de R. el 20 de Marzo de 1869.)

El Sacerdote despues de la Misa revestido de alba y estola, ó sobrepelliz y estola si no dice esta bendición despues de la Misa, encendidas dos velas de las benditas el día de la Purificación de Ntra. Señora hace la señal de la Cruz con la mano en la garganta *sub mento* de cada uno de los que de rodillas esperen la bendición y al hacerla, dirá:

Per intercessiónem beati Blasii líberet te Deus ✠ á malo gútturis. Amen.

—*—*

Bendición de la agua de la Purísima Virgen Maria.

Se introduce dentro del agua una medalla de la Purísima y revestido el Sacerdote con sobrepelliz y estola azul ó blanca, dice:

V. Adjutórium nostrum in nomine Domini. **R.** Qui fecit coelum et terram.

V. Dóminus vobiscum, etc.